

homicida à principio, & in veritate non
perstitit: non est enim veritas in eo. Quo-
tiescunque loquitur mendacium de suo lo-
quitur, quia mendax est, & pater ille
mendacij.

Quæst. 112. Quid exigit nonum
præceptum?

Resp. Ne aduersus quempiam dicam falsum testi-
monium, nullius verba calumnier, nulli
obirectem aut convitum faciam, nem-
inem temere aut indicta causa conde-
nnem: verum omnis generis menda-
cia, fraudes, ut opera Diaboli propria,
nisi in me gravissimam iram Dei con-
citare velim, omni cura fugiam: In ju-
diciis, ceterisque negotiis veritatem se-
cter, & id quod res est libere & constan-
ter profitear: Adhæc famam aliorum &
existimationem, quantum queam, de-
fendam & augeam.

JEHOVA Dominus noster nō solùm sanctus &
justus est; ut ex 7. & 8. præceptis docui-
mus: sed verax etiam est; ideo nos quo-
que veraces esse flagitat sine frau-
de & fupo: ne vel mendacio proxi-
mum gravemus vel calumnijs fal-
sique criminationibus Dei nomen
violemus.

Consilium enim legislatoris est, ut unicuiq; fi-
delem

ME

Sigu

Post

Ut

Id

Penitio

Varia I

Inte

Fal